

Nihil cul-
tui exter or-
fantium
exterior cul-
tus.
Clem.Ale.

guinem suillum offerat: qui recordatur thuris, quasi qui benedicit idolo. Quid victima, anima offerentis inquinamentis polluta? Victima erit sine macula, si munda à crimine corda. Hominis ratio orta est divina ratione (insit Clem. Alexandr. d. cap. 7.) Tam vero cum Spiritus clamaverit: Quid mihi multum tuum sacrificiorum? paupost subiungit: Lavamini, mundi estote, auferte iniquitates ab animabus vestris, &c. Menander Comicus scribit his verbis:

Sacrificium at siquis offerens
Travorum, aut hœdorum multitudinem,
Aut aliorum eiusmodi, utpotè aureas
Purpureas, vob quas consecit oblamydas,
Eburnea, aut smaragdina animalcula;
Propitium putat sibi futurum Deum?
Fallitur, nimisque is est mente levi:
Namque probus, frugique oportet vir set:
Propinquus tunc Deus.

Menand.

Ostia sa-
crificia pal-
luta animâ

Lacè idem videtis apud Persium, Satyr. 2. à v. 62. Horat. 3. Carm. Od. 2. v. 17. & Plin. lib. 38. cap. 2. Aliter gloriabundi Iudæi, quasi iuvaret templo remittere mores. Plaut. Prolog. Rur-
dent. à v. 22. taxat huiusmodi cogitationes vanitatis.

Pia.

Scelesti in animum inducunt sum,
Iovem se placare donis & hostijs;
Operam & sumptum perdunt.
Facilius, siquis pius est.

Itai. 1. 14.

Hac quidem de causa Deus illis, cum ipse intenuisset, dixit: Solemnitates vestras adivit anima mea.

Verus cul-
tus adoran-
tium, si
corda Nomi-
ni templâ.
1. Cor. 3. à
15.

33. Necdum quiesco, & alia cogito. Fausse vellem. Ierusalem, ut dixi, locus adorationi destinatus à Deo, ubi templum electum in habitationem sibi, & quod adorabatur, sed nequaquam in spiritu & veritate; quis veros adoratores oportet adorare. At quid, si ibi adoratio, non in veritate, neque spiritu? Elegi locum istum mihi in domum sacrificij... Oculi quoque mei erunt aperti, & aures meae erectæ ad orationem eius, qui in loco isto oraverit; elegi enim & sanctificavi locum istum, ut sit nomen meum ibi, &c. dixit Deus Salomoni in dedicatione templi. 2. Paral. 7. à 12. Venit tempus correctionis. At quid modo in spiritu veritatem? Magnum utique discrimen: etenim prius in adorationem erexit ex lapidibus templum, sed novâ lege templum ex cordibus hominum. Unde Paulus: Nescitis, quia templum Dei estis, & Spiritus Dei habitat in vobis? Templum enim Dei sanctum est, quod estis vos. Causam promit, 2. Cor. 6. 16. Vos enim estis templum Dei, sicut dicit Deus: Quoniam inhabitabo in illis. Tamquam lapides vivi fideles superædificatur domus spiritualis sacerdotum sanctum offerre spiritales hostias, in adoratione veritatis & spiritus, ut verus sit cultus; etenim tunc adoratio spiritualis & vera; ubi templa in huiusmodi adorationem sunt corda. Non iam in Hierosolymis oportet adorare; quippe templum vivum Dei vivi in hominum pectore, ut veri adoratores adorent in spiritu & veritate, Ecclesia spiritualis est, eiusque spiritualis cultus; quippe spiritus est Deus. In loco Synagogæ veritas, uti in umbra, non habet locum, etsi habeat angustum templum: quandoquidem si Deus uti spiritus non habet corpus; in veritatis notam, quod corpus non est, profectò non habet umbram. Pridem ad templum veniebant, qui Deum propensè adorabant. In veritate & spiritu Ecclesiæ correctio facta adorationis Synagogæ: etenim dicit Christus, ut hominis coulet verus atque spiritualis cultus. Ad eum (tamquam in templum) veniemus, & mansionem apud eum faciemus. Ut prius in adoratione summitteretur cor homines debebant esse in tabernaculo Dei. Ita præscriptus in adorationem cultus: in lege gratiæ eluxit correctionis insignis undique modus: igitur Christus omnia fecit nova, dum corda apparuerunt divinitatis templa; & Ecclesia Ierusalem, nequaquam prisca, sed nova nupta & celestibus orata; in cuius comprobationem expressum (si antehac homines in tabernaculo) Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, & habitabit cum eis: ipsi populus eius erunt, & ipse Deus cum eis erit eorum Deus. Apoc. 21. 3. Amat Deus hominem, ipsumque requirit. Excerpta obijciam ex Manilio in propositum: 2. Astron. 1. v. 114. 4. 1. v. 402. ibidemque, cap. 5. v. 21. ait:

An dubium est, habitare Deum sub pectore nostro?
Impendendus homo est, Deus esse ut possit in ipso.
Materia que datum est coge, sed cogere mundo
Quis clavam possit, nisi cæli munera nosset?

Manil.

Me-

34. Meliora ab alijs expecto, ut colam; igitur toto pectore excipiam. Modò in materiale Tautologia, ut coniter stylus Litteræ. Adorare interdum sumitur pro cultu exteriori: quapropter legitur: Adorare Regem: populum terre &c. quod alio stylo dicitur Incurvari & Cadere præmissio gestu in expressionem animi, ut illud Danielis, 3. 5. Caden-tes adorare statum: & Matth. 4. 9. Si cadens adoraveris me. Ita ergo Sacrificare dicitur Adorare; quippe intimum animum adorans obijcit per sacrificium. Genes. 22. 5. Passi- quam adoraverimus: id est, peracto sacrificio. Idem dixit Samaritana in nostro articulo v. 20. Patres nostri in monte hoc adoraverunt. Sic ergo Adoro ex Oro, uti dixi, num. 1. quippe orationi adhibetur externum signum, index animi, uti inclinatio capitis, corporis, genua flexa, & alia similia. Quo quidem repellitur Lutherus asserens fide tantum justificationem; quasi demones non crederent, & contemiserent. Iacob. 2. à 18. Etiam pestum eunt hæretici, dicti Spirituales; qui nihil nisi spiritualia agenda dicebant, docentes sine religione vivere; quasi hoc esset adorare Patrem in spiritu & veritate. Vide Petr. Annat. Theolog. postiv. lib. 7. Homines fumus: per externa cordium arcana exhibemus. Adorare ergo in spiritu & veritate; non est, nullis adhibitis externis actionibus, sed interiorum animi cultum actionibus corporis, ex quo etiam consultat homo, hominibus manifestare. Corpus etiam à Conditor creatum est, Deoque simul cum spiritu servire debet. Unde cum in hac mortali vita conclusi tempore & loco peragamus omnia; cultus & adorationis functiones nequibus exequi sine tempore locisque determinatis. Si enim incorporeus esses (inquit Chrysostr. Homil. 60. ad Popul.) nuda & incorporea tibi dedisset ipse dona: sed quia anima corpori conferta est; in sensibilibus intelligit tibi præbet. Nec quia in corpore, remouentur à spiritu & veritate; igitur à spiritu pendunt tamquam à radice. Ita enim vera adoratio: siquidem quæ corporalis, spiritualis fit; quoniam vel à spiritu procedit, vel spiritum in elevationem promovet. Quod natum ex spiritu, spiritus est. Sic- cine in spiritu adoratio & veritate, dum adoratio fit corpore, caput inclinando versus templum ad imaginem, vel genu flexo ante crucem. Ostendat mihi suam tuam sine operibus, & ego ostendam tibi ex operibus fidem meam. Iacob. d.

Adoratio
pro reveren-
tia & sacri-
ficio

Si adoratio
vera in spi-
ritu, unde
vera in no-
bis exterior,
adoratio
Chryloa.

Adorare pro
agere, colere
& servare.

35. Diluitur ergo Tautologia per vocis æquipollentiam, accepto verbo Adorare pro-
atione, ut astruit Turneb. 10. Aduers. cap. 15. & Isaac. Grang. in illud Iuvenal. Satyr. 2. v. 67. Populo mirante pereres. Quare sensus Piconasmi est: Veri adoratores operabuntur in spiritu & veritate. Æquivalenter invenitur, Deuter. 4. 19. Adores & colas: iteratur, 5. 9. 8. 19. 11. 16. Etiam adorationi additur servitus, ibid. & Matth. 4. 10. ubi: Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli servies. Dialectus est frequens in idiomate Orientalium; argumentum ostendere nomine & verbo (signantibus vel materiam, vel actionem, vel agentem) reflexu utriusque. Æthiopie, Recii & veri adoratores adorabunt: id est, cultores Dei adorabunt recte; quippe colent Numen in spiritu & veritate. Pers. Rectè ad rantes. Alibi exhibui plura attestantia testimonio in huiusmodi stylum, quem usquequaque æmulatur in circumflexionibus Plautus. Audi quæ in Persâ dicit: Act. 1. scen. 1. v. 7. Qui servare vult, bene servit servitutum. 2. v. 4. Magis calleo, quam aprugnum (aprinum) callum callet. 4. 5. v. 2. Si quid boni bonis sit, bonum & gratiam solet: denique, 5. 1. v. 9. Opera facta, que volui offerri. Vide alia, si placet, Tom. 3. T. 11. n. 11. Dialecti plures eiusdem exposuit Tautologia. Plantantes plantabunt. Ierem. 31. 5. Propheta prophetabunt. 3. Reg. 22. 10. Iudices ut iudicent. 1. Esdr. 7. 25. Salvatores, qui salvarent. ibid. lib. 2. cap. 9. 27. Citharædorum citharizantium in citharis suis: de quibus iam egimus, & agemus hic, Tautolog. 8. ad illud: Passores qui pasunt. Haud secus in præsentî piconasmo: Adoratores adorabunt: equidem Numen excellentiore cultu, nobiliori templo, incremento ritu venerabuntur absque ullis figuris; sine quibus adorantes, veri consistuntur adoratores.

Fax gemina
pro argum-
ti præparâ

36. Jam ergo locus ultima huiusce argumenti Tautologia, in obsequio exhibitionis unguenti: quo quidem intuitu Magdalena, postquam lacrymis pedes Salvatoris lavit, unguento unxit; ut ait Lucas, iteratque Ioannes, 11. 2. Quid apud Driscos unguentum, investigandum est; ne fictus modò, vox unguenti sit fastidio. Plures unguenta nominant, & ex quibus confecta; sed quid non indicant; igitur nobis videntur spurciæ, que olim & delicia & affectatæ. Brevi agam videnda latè apud AA. citand. Unguentum non est illa compositio tenax, qua chirurgi utitur ad vulnera curanda, (ait Hermol. Barbar. de Odo-rib.) sed compositio diversorum odorum, addito oleo ad unguenda corpora, deliciarum & luxurie causa inventa. Quare hæc unguenta, illa verò vel Priscis medicamentum dicta. Quare Unguentum nomen generale arbitror, sicut & Oleum: nec unguentum dicebatur, quod non ex floribus aut speciebus aromaticis conficiebatur industrie: cuncta huius generis Tom. VIII. T. aut.

Luc. 7. 38

Herm. Bar.

li 2

luc.

suavia & delectabilia continebantur sub nomine Odorum: e quibus alia liquida, quæ dicebantur *Unguenta*; & alia sicca, dicta *Diapasmata*. Noltrates *Pastillas*, vel *Peutes*. Theophrast. de *Odorib.* num. 3. in se: *Qui aromata & diapasmata componunt sicca sicca, qui unguenta miscent, sicca humida iungunt. Omnium enim unguentorum & christianum ista compositio est.* Unde Ioann. Brodæus, 4. *Miscellan.* cap. 4. *Nemini dubium (ait) aromata ab unguentis re & nomine discrepare.*

37 Liqueat ex Sacra pagina Exod. 25. 6. ubi: *Aromata in unguentum & thymiamata boni odoris.* Hebr. *Pretiosos odores oleo unctiois, & suffitui odoramenta.* Illud erat oleum sanctum: hoc thymiamata; quorum species referuntur, ibid. cap. 30. à v. 23. & 34. Ibi enim in unguentum miscentur sicca humidis: in thymiamata seu diapasma sicca sicca. *Pulsivolum odoriferum vocat Munsterus 5. Cosmograph.* cap. 74. *Plaut. Menach.* Act. 2. scen. 3. n. 3. *Incendite odores: & in Milit.* 2. 5. à v. 2. *Inde ignem in aram, ut Arabico fuscificem odore amant.* *Plin. lib.* 13. cap. 2. *Siccis odoribus.* Mista cuncta, ut ex adulterio fucorum maior in blandimen gratia, ut ait Manil. d. lib. 5. v. 274.

— *Arabum siccis melleat odores, Et modicos unguenta dabit referentia status; Ut sit adulterio fucorum gratia maior.*

Manil.

Quam grata aromatum mixtura ex *Canticis*, maxime 4. à v. 13. & *Psal.* 44. 9. ubi: *Myrra & gutta, & casta à vestimentis tuis, &c.* Tota ergo moles huiusmodi deliciarum fiat in unguentis & suffitibus; inquit Clem. Alex. 2. *Paedag.* cap. 8. ubi latè de Argumento. Unctio quia ex aromaticis, dicitur unguentum; quod unguentum sebat ex aromaticis: quæ quidem unctio, ut ibi constituta, duravit iuxta Rabbinos usque in Babylonicam captivitate sine diminutione; est tot Reges & Sacerdotes inuncti. De Regibus ambigo, quippe in illis caro hominis: id est, non destinati Sanctuario; ut ibi inhiheret, v. 33. Ad Genebr. in *Psal.* 88. 21. Galatin. lib. 4. cap. 17. Talmud, de *Benedictionib.* & in *Cantic.* titul. *Sir-asirim.* Rab. Levi Ben-Gerson in cap. cit. *Exod.* & *Aben-Ezra* in 3 *Reg.* 1. v. 39. Unctio fiebat sacerdotum in forma crucis decussate, sicut nos facimus: ac iuxta placitum Rab. Salomonis Regibus unctio non facta per modum crucis, sed in coruæ figuram; ne ius sacerdotij sibi arrogarent. Ad Genebr. quò dodium, & Maluend. 11. de *Anti-Christ.* cap. 10. Hæc Rabbina: additque Elias in *Tisbi*, factam formam crucis hoc in Canticate etiam fronte inter supercilia: sequuntur sententiam & Selob, & R. Mose Nahmanides. Appositè Chriftina vocat oleum conditum myrrha, casta, cinnamo, & calamo: ex quibus unguentum quo largè inunctus est Aaron in Pontificem summum, iuxta illud David, *Pf.* 132. *Sicut unguentum in capite, quod descendit in barbam, barbam* (emphaticè, pro Venerabilem) Aaron: quod descendit in oram vestimentis eius. Genebr. *Moyse Aaronis caput oleo sacro perfudit tantà copîa, ut destillaret in barbam, & vestimentorum oram.* Nihil mirum, in eius figuram, quem in summum Sacerdotem secundum ordinem Melchisedech Pater scelestis constituit, unctum oleo exultationis præ participibus cunctis.

38 Sic unguenta: quid aromata? In suffitum Deo dicata in altari thymiamatis, quod etiam vocatum *Touribulum aureum*, Hebr. 9. 4. & *Altare incens.* Luc. 1. 11. Sicca sicca mista, nimirum stacte cum myrrha, galbano & thure transparente: *Cumque in tenuissimum pulverem universa contuderis, pones ex eo coram tabernaculo testimonij, in quo loco apparebo tibi. Sanctum-Sanctorum erit vobis thymiamata.* Locus in quo Angelus apparebat, Dei vices gerens erat Propitiatorium, operculum Arcæ inter alas Cherubim, quæ quidem erat in Oraculo, hoc est Sancto-Sanctorum. Unde sic elucet altare thymiamatis, seu odorum ibidem fuisse collocatum. Altruit Paulus dicens: *Post velamentum secundum Tabernaculum, quod dicitur Sancta-Sanctorum, aureum habens touribulum & Arcam testamenti, circumtectam ex omni parte auro, in qua urna aurea habens Manna, & virga Aaron, que frondebat, & tabule testamenti, superque eam erant Cherubim gloriae obumbrantia Propitiatorium.* Hæc oraculi supellex. Contrà verò plura Scripturæ testimonia. *Exod.* 40. à 3. præscribitur ordo Tabernaculi, quod constabat Sanctos, & Sancto-Sanctorum; hinc iubetur intra velum Arcam collocari: post velum autem sive ante velum, Candelabrum, Mensam panum facierum, & altare aureum; quod quidem medium inter Candelabrum & Mensam, velo vicinum, quod erat inter Sanctum & Sancta-Sanctorum. Deinde, quotidie bis, vesperè & manè, Sacerdos ingrediebatur in Sanctum, ut adoleret thymiamata in altare aureo: quo patet in adyto Oraculi non esse: siquidem semel in anno, & hoc non sine sanguine, fas erat summo Sacerdoti ingredi intra velum Sancti-Sanctorum: *Leo.* 16. 2. *Hebr.* 9. 7. ita ut si illo die, scilicet Expiationis bis ingrederetur, capite lustratus abque

Quid altare thymiamatis
Exod. 30. à 36.

Heb. 9. à 1
An esset in Sancto-Sanctorum

venia, ut ait Philo, lib. 2. de *Monarchia*, iteratque de *Legatione ad Caium*. Totum signatur Exod. 30. 6. *Pones altare contra velum, quod ante Arcam pendet Testimonij: & adolebit incensum super eo Aaron suave fragrans manet, quando componet lucernas, incendet illud; & quando collocabit eas ad vesperum, uret thymiamata sempiternum coram Domino.* *Ioseph.* 3. *Antiq.* 7. *Non longe ad adyto inter candelabrum & mensam ara suffragatoria: & lib.* 8. cap. 2. *Candelabrum & mensam & altare aureum statuerunt in templo ad adyto; eisdem locis in quibus in Tabernaculo prius sita fuerant.* Hæc sane clarissima & certiora, quæ inficiari nemo poterit, qui saltem sacram Scripturam à limini salutaverit: nihilominus fuisse intra velum præfactum altare thymiamatis, primi subfelliij DD. asserunt. *August.* in *Exod.* quæst. 133, 136. & 137. *Rupert.* in *Exod.* lib. 4. cap. 9. *Origen.* ibid. *Homil.* 9. *Abulens.* in 3. *Reg.* 6. quæst. 16. *Ar. Montan.* in *Apparat.* lib. 2. de *Fabric.* & plures apud Theophil. in *Hebr.* cap. 9. præter auctoritatem Pauli sententiam altruentes ex eo, quòd 3. *Reg.* 6. 22. dicitur: *Totum altare Oraculi texit auro.* Meo enim iudicio hoc sine testimonio nihil cogitationem roborat. Intelligendum est, hoc altare dici Oraculi, haud quòd ibi esset; sed quia iuxta, in discrimen altaris holocaustorum, quòd longè à Sancto-Sanctorum. Sat erat in difficultatis effugium: at quòdnam hoc altare Oraculi, dicam num. seq.

39 Altare autem incensum dictum fuisse à Paulo, situm in adyto Oraculi; asserunt nonnulli; quia sumus odorum transfundebatur in Sancta-Sanctorum per veli spiramina & rimulas. Ludicrum profectò, & indignum cogitatu. Alij uti Ribera 2. de *Templ.* cap. 8. *Bonifre.* in *Exod.* 30. v. 6. *Alapid.* ibid. cap. 40. signant diverfum modum habendi. Unde dum Paulus dicit: *Sanctum-sanctorum aureum habens touribulum & Arcam testamenti; exponendum: Habere Arcam, tamquam in se existentem; & altare, tamquam sibi adiunctum.* Restragor. Quid ergo dicendum de Mensa & Candelabro, quæ simul cum Altari thymiamatis erant in Sancto? Hæc non Oraculo adiuncta, & iunctum charibulum? Hoc non effugium, sed agiportum: præfatio igitur sensu Oraculi cuncta habebat. *Pineda* de *Rebus Salomon.* lib. 5. cap. 5. sect. 22. n. 147. asserit, altare thymiamatis Moyse in Oraculo templi Salomonici fuisse servatum, uti rem pretiosam; & loco ipsius in Sancto, collocatum fuisse aliud altare thymiamatis novum & magnificentius, nimirum totum ex auro, 2. *Paralip.* 4. 19. sicut præceperat David ibid. lib. 1. cap. 28. 18. *Altari in quo adoletur incensum* (David) *aureum purissimum dedit ut ex ipso fieret similitudo quadrigæ Cherubim extendentium alas; & orientium Arcam fœderis Domini.* Primo aspectu videtur ex altari thymiamatis exisse quadrigam Cherubim obumbrantium Arcam; quasi intra velum Sancti-Sanctorum essent & Arcæ, & Altare thymiamatis, quod intendit prima sententia. Utrumque falsum, quia tò *Ex ipso* connotat aurum à Davide filio creditum; ut sicut ex auro altare thymiamatis, etiam ipso ex auro fieret similitudo quadrigæ Cherubim: diciturque quadriga; igitur ex duobus Cherubim Moyse, ac ex duobus Salomonis fiebat quasi similitudo quadrigæ, in qua sedebat maiestas Domini in Oraculo, collocata ibi Arcæ fœderis super altare, quod ex auro purissimo, in laminas extento Salomon construxit. Non enim erat Arcæ super nudum pavementum, sed super hoc altare; quod altare Oraculi dicitur: & de Salomone: *Totum altare Oraculi texit auro.* Pater quòdnam Oraculi altare; non aureum, ut erat thymiamatis, sed laminis aureis tectum, super quod Arcæ in Sancto Sanctorum collocata, ac ex quatuor Cherubim eformata quadriga. Fundamentum ergo primæ sententiæ scicne ruit: sicut *Pineda* cogitatio, cui iubeus & planu suffragaretur; moò Paulus Christum presentem loco ut Pontificem summum conferret cum Salomonis templo, & nequaquam cum Moyse tabernaculo *Augustin.* in *Exod.* quæst. 133. *Non ergo sinus intellecturi (in se) semel in anno intrare Sacra rem solere in Sancta-Sanctorum; sed semel in anno cum sanguine: & quotidie quidem solere intrare sine sanguine, causi incensum imponendi.* Sat quòd esset *Augustini*, ut non displiceret cogitatio: at opponitur Paulo, dum suffragari videtur. *In priori tabernaculo semper introivant sacerdotes, sacrificiorum officia consummantes (sacrificia hic non intelligenda rigorosè sensu); quippequam fiebant subdjo in altare holocaustorum.* Unde hic sacrificium accipiendum pro incenso; aut thurificatione; ut *Numer.* 16. 15. dixit Domino Moyse de thurificatione Dathan, Core & Abiron: *Non respicias sacrificia eorum* in secundo autem *semel in anno solus Pontifex non sine sanguine:* igitur sine sanguine; nec semel: ubi autem erat altare incensum, non solum Pontifex, sed sacerdotes bis quotidie introibant. *Exod.* 30. à 7.

40 Alij ut emergant e contradictionis pelago, student etiam audacter delirio: asserunt enim usque ad captivitatem Babylonicam altare thymiamatis fuisse in Sancto; in-

Ioseph

Quid Altare Oraculi

1. Reg. 6. 22.

Arcæ non erat super nudum pavementum. 1. Reg. 6. 22.

Augusti

ter candelabrum & mensam; sed in templo secundo iussu Eisdæ intra velum Oraculi collocatum, Insurgens audacia, atque somniantis fiducia! Paulus enim nosse poterat, dicunt, ex traditione Ganualicis (& viri lepidi, & præclara ratiocinialis) aliis non affereret, cum contraria ex Scriptura constet, simul cum Area thymiamatis thuribulum collocatum post sacrosancto velamen. Hac enim expositione nulla utique Antilogia in Scriptura. Necesse fuerat cuncta à Moyse decreta mutari, collocaiones sacre fuppellectilis perverti: quod quam iudicium sit, constat ex Petro Cunaò in *Hebr. republ.* & Ioseph. 17. *Antiq.* cap. 18. & alijs Rabbinis, Sinagogà aucta factis, splendore religionis, in quibus non tantum sacra in viridi observantia per Sanhedrim concilium, sed etiam nugaces traditiones Seniorum. Quid ergo dicemus? Fateor nullam è sacris antichæsis magis mihi negotium facesisse, inspectis sententiarum AA. sed perferatò textu nihil in conciliatorem facilius. Duplex velum erant in Tabernaculo & templo. Primum operiebat Sanctum, in quo candelabrum, mensa, ac altari incensæ secundum, Sancta-Sanctorum, in quo fexderis Arca: de hoc, quia pretiosissimum, loquitur Scriptura, *Exod. 26. 31. 36. 35. & 2. Paralip. 3. 14.* Primum Ioseph d. *lib. 3. cap. 5.* vocat *Bysinium* secundum, *Picturatum*. At fat auctoritas Pauli. *Post velamentum secundum*, ait: ergo erat primum ante Sanctum. His intelliges aliam antilogiam in textu Luca & Matthæi. *Hora sexta velum templi scissum est medium*: ait Lucas. *Circa horam nonam*: inquit Matthæus. Nonnullis aridet in verbis Luca Prolepsis; sed immeritò: hora sexta, qua Christus est crucifixus; velum primum (quod in Sancto) scissum est medium: & hora nona, qua expiravit; velamentum secundum Sancti-Sanctorum, à summo usque deorsum fuit scissum. Vid. Hieronym. *Ep. 150. qua st. 8.* Gloss. hic, & de duobus velis, Ioseph. 6. de Bell. cap. 6.

41 Ergo intra velum primum erant à lateribus, Australi scilicet, Candelabrum: Aquilonari vero, Mensa panum. In medio, iuxta velum secundum, in introitu ad Sancta-Sanctorum, erat altare thymiamatis, illicque spectabat: quam differentiam sicine explicat Moyses postquam expandit velum secundum, quo Sanctum ab Oraculo dividebatur. Posuit candelabrum & mensam extra velum. *Posuit & altare aureum sub tecto Testimonij contra velum*: v. 24. Ubi ut vides, licet thuribulum esset extra velum, non dicitur *Extra*, sed *Contra*; quippe erat sub Testimonij, seu Oraculi tecto, idest, in ipso ad Sanctorum-Sancta introitu, post quod velum. Habebat enim Oraculum Arcam fexderis interius: exterius vero altare thymiamatis: quod quidem tametsi situm extra Sanctorum-Sancta, non dicitur extra; quippe introitus (etià medium velum) pertinebat profectò ad Sancta-Sanctorum. Intende in Pauli testimonium. *Post velamentum secundum*, erat tabernaculum quod dicitur Sancta-Sanctorum; aureum habens thuribulum. Non dicit ubi; & ibi collocandum sicut Dominus imperaverat. Quare cum distributione accomodà, perpiscuò exponuntur cuncta; ita ut sensus totius auctoritatis sit: *Post velamentum secundum, tabernaculum quod dicitur Sancta-Sanctorum, aureum (ante se) habens thuribulum*: & (intra se) Arcam testamenti, circumtectam ex omni parte, auro: in qua (cum qua, vel iuxta quam ut liber legis in latere Arce, Deuteron. 31. 26.) urna aurea habens Manna, & virga Aaron, & tabula testamenti: superque eam erant Cberubim gloria obumbrantia Propitiatorum. Quine quisquam modo testimonio capisitare? Nodum in scirpo quæret. Patent testimonia sine contradictione. Ergo in aromata.

42 Inventores horum in unguenta, iuxta Herodotum *lib. 3. n. 7.* dicuntur Persæ Solignus assignat Assyrios, cap. 48. Valer. Maxim. *lib. 2. cap. 6.* Ionios. Marfil. Cagnat. *lib. 2. Var. observat.* cap. 9. Ægyptios. Plin. 13. cap. 1. cogitat fuisse Persas propter luxuriam. Unde de Elio Vero, ait Spartian. *Unctus odoribus Persicis*. In climatibus nimis æstuosis est corporibus sudor & fetor hircinus; quæ propter iterantur lavacra, & adduntur ablutioibus unguenta; ut fordes eluantur, & fetores expurgentur. Male olere Persas, & Babylonios, ait Amian. Marcellin. *lib. 2. Ægyptios, & Afros, Cagnat. d. Iudæos, Martial. lib. 4. Epigram. 4.* Quid feminae in his regionibus? De Susanna in Babylone sepe adfesse balnea, & ungi smigmate. Daniel. 13. à 15. de Iuditha, cap. 10. 3. antequam ad Holoforem transiret. *Lavit corpus suum, & unxit se myrto optimo*: etiam cum esset tibi, *Exibat noctibus in vallem Bethulia & baptizabat se in fonte aquæ*: cap. 12. 7. Ruthidem iussit Noemi lavari & ungi, ut coram Booz appareret: cap. 3. 3. Ut gravis odor expelleretur, multo tempore quasi concinnabantur feminae, ascito ab odoribus & unguentis odore grato, & naturali ingrato, tetro, deposito. Elucet ex *Eth. 2. à 12.* Expletis omnibus que ad cultum muliebrem pertinebant, mensis duodecimur vertebarat, ita dumtaxat ut sex mensibus oleo ungerentur myrribino, & alijs sex quibusdam pygmentis & aromatis uterentur. Que

Duplexerat velum in Sanuario. Ioseph.

Luc. 23. à 34. Matth. 1. 27. 46. 50. Prolepsis.

Exod. 20

Quomodo ait. re thymiamatis extra non extra velum Sancti Sanctorum? Ibid. v. 17

Inventores unguentorum Spartian.

Cur lavacra & unguenta in climate æstuosis feminis frequenter usentur?

43. Quæ non castæ, non satagebant munditiæ, sed luxuria. *Aspersi cubile meum myrriba & aloe & cinnamomo*. Prov. 7. 17. Porro conficiunt unguentum ex lilijs & ligustro, & narcissus est in maximo pretio (inquit Clem. Alex. quod dudam) unguentum quoque ex rosis, & alia quibus utuntur mulieres, & humida & sicca, & que insperguntur unguenta, quibus sunt suffitus. Ab eis enim in dies nova excogitantur, ut inexpectabilem voluptatis cupiditatem boni odoris infastabilitate. Quapropter ineptam quandam redolent imperitiam, bonæque & honesti negligentiam: atque hæc quidem & sua vestimenta, & vestes stragulas, vestesque suas suffumigant: & aspergunt, &c. Apposite Senec. de Vit. beat. cap. 11. Mollibus le vitibusque fontentis totum iacetitur corpus: & ne nares interim cessent odoribus varijs inspicitur locus ipse, in quo luxuria parentatur. Ita inolevit infania, ut Plin. d. cap. 3. dicat: *Unguenta illic expirant, at suis moriantur boris: summa commendatio eorum; ut transiente femina, odor invitet etiam aliud agentis*. Hand agendum de illis, quæ vitia corporis oculunt facio; qui quidem iure à Latinis dicitur venenum, pictum & fictum. Egi enim sepe: adifis Tom. 3. T. 1. à n. 20. Tom. 6. T. 1. D. 3. & ibid. T. 3. D. 2. n. 9. Sætan. Satyr. 5. à v. 84.

Quid memorem quantis medicaverit ora venenis, Dimidium labri, nasusque in pyxide dormit Inanit & dentes, ut sericea, mane repositos. Quoniam alia sunt, quam sicine feminae picturata acititij coloribus apparent; de pseudopropheticis varijs figmentis deaurantibus somnia, dicit Dominus: *Ubi est litura, quam insistis?* Totum apparentia, & nulla prorsus ex coloribus substantia; sicut feminae pigmentata, quæ oculos fallunt, quandiu coloribus ludunt. Locatur in rem Martialis pingens illarum studia sub medicaminis larva. Cum sis ipsa domi, madaque ornare Saburrâ, Fiant absentes & tibi, Gæla, come, Nec dentes aliter, quam sericea nocte reponas, Et lateas centum condita pyxidibus, Nec tecum facies tua dormias; immus illo Quod tibi prolatum est mane supercilio.

Ita lib. 9. Epigram. 38. Totum fictum: ita vani, nuvigenduli, fanatici somnia; quæ ita apparent, dum abolita litura quæ quidem conitar dumtaxat color & color, in exitu error speciosus & error; quoniam ut nimis falsa dicitur *Litura lita* facco apparentis prophætia, & aliud in caritate. Hac phrase utitur utique quæque Plautus, ut *Dois dolamus, Dolo doloso*, pro Valde & Nimis.

44 Unguenta erant feminarem & virorum. Virorum, propter medicinam, pugilatum, & hilaritatem: aliquando amenitatem, qua de causa Plin. d. cap. 1. inquit de Romanis: *Postea voluptas eius à nostris quoque inter lausatissima, atque etiam honestissima* eius & bona admiffa est: maxime in lavacris, ad quæ oleum sufficere; ait Clemens, quò super quapropter etiam pectora inungebatur. *Unguenta è floribus coquendo conficiunt Cheroenses, vasa illo, narcisso, gladio, quæ est Græcis Iris, præfens contra hominum dolores remedium*: ait Pausan. cap. 3. 16. Feminarum, quæ dicuntur unguenta puellaria. Plutarch. in Gryllo, subdit: *Quomodo vos suffumenta cinnamomo, narcissos folia, calamos Arabicos; nira quedam & pigmentaria, & medicata arte, vel unguentaria in unum confundens, semulque cogens dissimilia, qui multo ære delicias effeminatas & puellares, neque ullâ usquam in re concucibiles munditatis*. Unde Martial. 14. Epigr. 59. *Balsama me captivi: hæc sunt unguenta virorum. Delicias Nimi vos rebolete natus*.

Idest, Assyria unguenta, vel peregrinas ut ille inquit, lib. 3. Epigram. 55. & 8. 77. Prudent. in *Psyehomach. v. 204.*

Illam pigmentis redolentibus & peregrino Pulvere sumineis spargentem turpiter auris. Vitiò vertendum est, inferre olores puellares (subdit Glemens Alex.) sunt enim suaves quidam olores, qui neque veterum & torporem afferunt; neque ad amores impellunt; neque impudicam consuetudinem, & meretricium contubernium redolent; sed sunt salubres. Hinc, quæ virago, Pallas, ait Callimach. in eius Lavacr. v. 17. *Unguenta amissa non amat*. Sed quid qui viri? Feminis peiores, si semel huiusmodi studiosi voluptatis. Plaut. in *Pænil. Act. 3. scen. 3. à v. 87.*

Ibi te replebo usque unguentum echeimatis (effusionibus) Ubi tu laveris, ut baineator faciat unguentariam.

Clem. Alex. xand.

Luxuria unguentorum in illis, quam in viris. Senec.

Plin.

Q. Sætan.

Totum in factum in iudicium. Ezech. 13. 12.

Martial.

Plin. Que unguenta virorum & feminarum.

Pausan.

Plutarch.

Martial.

Prudent.

Clem. Alex. xand.

Plaut.

Lu.

45 Luxus vide apud Maluend. lib. 7. de Anti-Christi. cap. 23. *Ista patrocinia querimus vitijis* (ait Plin. n. d. cap. 3.) *hic per hoc eius fumantur sub casidi unguenta. Et enim odoreni qui generit, ipse non sentit.* Sentiant alij, unde L. Plotium bis Coss. proferturum odor tinguentorum & latebris prodidit. Idem ibid. & Solin. cap. 48. Infinita differentia huiusmodi luxus & infantia, leges apud Plin. Clem. loc. cit. Rosin. 5. *Antiq. Rom.* cap. 30. ibique Dempster. late Senec. in *Thyest.* à v. 496. & ibi profusè Delr. in 3. *Commentar.* Bulenger. lib. 3. de *Conseru.* à cap. 26. Lucan. 10. *Pharsal.* à v. 167.

Accipiunt fertas nardo florente coronas,
Et nunquam fugiente rosa multumque madenti
Insadere come, quod nondum evanuit aura
Cinnamom, externa nec perdidit aera terra:
Advocturaque recens vicina messis anomum.

Ita quod olim cadaveribus condiendis, destinatum studio voluptatis. Ita de unguento Magdalenae dicitur: *Prævenit ungerere corpus necum in sepulchrum.* Marc. 14. 8. *Qui modum exuperant* (inquit Clemens) *usus unguentorum, ista redolere potius, quæ sunt mortuis; quam familiarem vita consuetudinem.* Vid. dicta Tom. 7. T. 10. à n. 14. Plin. d. cap. 1. *Honoris ad defunctos pertinere cepit:* erga usus lex 7. *duodecim Tabul.* de ritu fusè Kircher. Tom. 3. *Cedip. Copt.* Syntag. 13. cap. 6. Obsequio hocce carere agrè ferebant Prisci, de quo Tibull. lib. 2. *Eleg.* 2. & Ovid. *Epist.* 10. v. 123.

*Ossa super stabunt volucres inbumata marina.
Nec positas artus unget amica manus.*

46 Aliquibus in obtu deficiant necessaria, quippe luxui & vanitati litata in vita. Eo devenit luxuries, ut unguenta biberent, & esculentis vorarent; ut astruit Theophrast. de *Odorib.* Plin. d. cap. 3. *As hercule iam quidam etiam in potus addant: tantique amaritudo est; ut odore prodigio fruantur ex utraque parte corporis.* Iuvenal. *Satyr.* 6. v. 302. & Martial. 14. *Epigr.* 110.

*Cum profusa mero spumant unguenta Falerno.
Luxuriose bibas, si foliata sitis.*

Id est, unguentum foliatum, seu nardinum optas bibere subdit Domit. Calderin. *Plant.* in *Milit.* Act. 3. scen. 2. v. 11. *Calicem demisit nardinum unam amphoram cellariis.* Apud Græcos sicut ebrietas laudabilis, etiam huiusmodi luxus usque in individuum plausible. *Quædæ Annon hæc certa sunt indicia luxus Græcorum? Vinum enim unguento mistum bibebant* (ait Elian. 12. *Var. histor.* cap. 32.) *& supra quam satis esset, aut necessitas postularret; bac mitione utebantur: vocabatur autem vinum myrrhinum.* Claret Sapient. 2. 7. ubi: *Vino pretioso & unguentis nos implamus.* Amos. 6. 6. *Bibentes vinum in phialis. & optimo unguento delibuti.* Esse etiam olim Priscos, asserit Clemens Papa, de *Reb. gestis à Petro contra Simon. Magum.* *Plant.* in *Persa.* Act. 1. scen. 3. v. 8.

*Commisce mulsam: struthæ columbeaque appara,
Et calammum inijsæ.*

Ubi in esculentis unguentum apparet. *Quicquid bene olet, magis mandendo sentitur; eo quod conficiatur & dividatur, laque longiuscula morè:* ait Theophrast. ubi sup. In alia etiam profusio. Hellogabalus unguentis pretiosis piscinas & folia temperavit; & rosato vulgus ad bibendum invitavit: ait in eo A. L. Lamprid. de Alex. Magno. *Athen. lib. 2. n. 9.* *Vino condito* (ait) *rigavit pavimentum, & exquisitissimis unguentis.* Denique Plin. d. cap. 1. *Persarum esse debet gentis unguentum. Illi madent eo* (Maluend. d. *Mandent eo*) *& accersit à commendatione, in glovie natum virus extinguunt. Primum, quod e quidam inveniam, castris Derij Regis expugnatis, in reliquo eius apparatu Alexander invenit sriminum unguentorum.* Idem Plutarch. in *Alexander.*

47 Unguenta interdum nomine olei exponuntur. Quod in chrisma unctiohis factotalis, ex oleo ex olivæ: Hebr. *Olivæ*, confectum constat. *Exod.* 30. 24. an dum alijs in locis pro unguento signatur oleum, sit olivæ, necne; mihi creperum: igitur, prout accipitur, cum succus alijs ex rebus, similis oleo (quia non omnino aqueus, sed aliquomodo pinguis) eliceretur; species accepta est pro genere: qua de causa apud plures, idem unguentum & oleum. *Oleum de capite tuo non deficiat.* Eccl. 8. 9. idem, unguentum. Sic itaque 2. *Reg.* 14. 2. *Psalm.* 22. 5. 44. 8. 103. 15. *Proverb.* 5. 3. *Ezech.* 16. 9. & alibi saepe. Oleum ergo ad unguenta, ut grata essent, & vestes haud humore macularent (quod singularè balsamo, dicente Plinio *lib. 12. cap. 25.* *In veste maculas non fecit.*) siebat ex anygdalis amaris, & glande Ægyptiæ, ac Syriacæ. Theopr. quò sup. *Ex floribus solis: Rhodi-*

Oleum pro unguento.

digin. *lib. 5. cap. 28.* Plin. d. cap. 1. *Constat oleo myrceo, calamo, cupressò, cypro, lentisco, mal-granati cortice, nardo, cinnamo, costo, jilio, rosa, anaraco, iunco.* Hic Dalcaemp. *Saccus, qui est oleum quodvis inodorum, tenuissimum & minimè pingue.* Hac in acceptione Homer. 24. *Iliad.* v. 585. *Corpus Hectoris laverunt ancilla, & unxerunt oleo.* Idem 17. *Odyss.* v. 88. *Hesiod.* de *Operib.* & *dieb.* v. 520. Catull. *Carm.* 6. v. 8. *Syrio Fragrans olivo.* Propert. 3. *Eleg.* 17. v. 31. *Cervix manabit olivo:* & Apul. 1. *Metam.* inquit: *Ex promptuario oleum unctui.* Dicitur enim aliquando unguentum oleum pingue, haud ex pingui oleo oleo, sed illa quali quali pinguedine succi florum, herbarum & aromatum: ex hisque multa propter humoris copiam ex se sunt unguenta; ut balsania. *Myrrha & per se unguentum facit sine oleo, stacte dumtaxit:* ait Plin. d. cap. 1. *Stactæ, gutta seu lachryma myrrhæ est; de quo Bulenger. d. cap. 26.* *Ex myrrha concissa fuit oleum, quod dicitur Stactæ, quia paulatim fuit: quod unguentum solum esse simplex & non mistum.* Alia autem egent oleo præfato, seu succo, ad unguenta magis apto quam olivo: quod quidem interdum dicitur pingue propter spissitudinem ex commistione aromatum. *Hesiod.* quò dudum. Homer. 18. *Iliad.* v. 360. & 19. *Odyss.* v. 505. *Unxerunt pingui oleo.* *Iliad.* 23. v. 243. & 253. *Ossa in aurea phiala & duplici adipe:* hoc est, unguento pretiosissimo, & exquisito. *Duplex pro summo, ut prænotavimus, num. 18.*

48 Non olivæ oleum a romatibus iungebatur, sed floridum, uti dicebam; quia ex olivo fuit nimis, nec adhæret ubi litum, neque facile siccatur, & quia odores nimia pinguedine suffocabat. Quapropter ubi liquidius ex oleo florido erat unguentum; miscebatur resina. *Resina aut gummi adijciuntur ad continentium odorem in corpore: celerimè id evanescit, & effluit: si non sint hæc addita* subdit Plin. loc. cit. & cap. 2. *addit: Sol inimicus unguentis.* Ea de causa Senec. *Epist.* 86. *Parum est* (inquit) *sanare unguentum, nisi bis de, terque renovetur, ne evanescat corpore.* Oleum ex olea non evanescit. Ita ergo tenuius enive quærebatur, & inter apta selectum Elemeli; quod spontè nascitur in Syria maritimis: *manat ex arboribus pingue, crassius melle, resina tenuius, sapore dulci; color oleo sâlvus.* Plin. *lib. 5. cap. 7.* Ita ergo unguenta antiqua ex oleo & aromate, nisi ex se haberet humorem, ut patet in xilobalsamo, quod dicitur oleum balsami; ut sit ex viola alba à nostris (vernaculè, *Franchipam*) quas fugunt amygdalæ nudæ; ex quibus extrahitur odor ita pretiosus sine læsione capitis, sicut ulaveni ex musco, ambræ seu maris flore.

49 Non ergo horro, i sint præfata unguenta, quasi in pharmacopolarum officina; spurcitas afferentia. Voces diversæ sunt, politiores officinæ; sed idem plus minusve in entitate. Cinnamomum, felium Barbaricum, nardus, myrrha, balsamum, costum, anomum, malobathrum, casia odorata, aroma Indicum (quod tantum spuma odoratissima) stactæ, bdellium odorum & alia; inter deperdita in natura, numerantur à Guidone Pancirolo, *Reb. memorabil.* 1. p. à tit. 9. Qui quidem ridendus; igitur aliud est (si non eadem habemus) esse ignota, & aliud esse deperdita, quod non credendum, quoniam Deus nihil odit, eorum quæ fecit. In regionibus fortè deficiunt, sed in alijs copiosissimè habentur; ut patet tot aromaticis speciebus & odoribus (ex quibus menses) in toto orbe in usum sparsis. Quæ modò non odoribus imbuta? & usque in fastidia. Quæ esculenta & poculenta condita luxuria non struit; ut præfata celebrentur, quæ nunc ludibrio aut parcitati forent? Illa celebrabantur, quippe illis diebus non alia: modò infinita, & suaviora: quæ sanè non essent, si illa aromata è mundo perissent. Multa eadem nomina habent, & nobilitatem effectum: & si haberent alia, quid? Videtur in *Milit.* Plauti, Act. 3. scen. 2. v. 11. & 22. ubi nardinum unguenti in vino memoria fit, de quo dicitur invitatus. *Non bibi: amebat gutturem.* Idem experimus ex casia, & nucè myrrilica. *Vinum dicebatur conditum; quod non simplex, sed commistione pigmentorum compositum: lactatum è lacte, Mulsam ex melle mistum, quod Melliteratum:* ait Isidor. 20. *Origin.* cap. 3. *Suque his temporibus de qua huiusmodi deliciae sunt; quando quidem obvia vel in taberna. Illhæc in pota & esca Prisci vocabantur liquida; cum speciebus aromaticis fuissent condita.* Horat. 1. *Carm.* Od. 5. n. 1. *Persifusus liquidis unget odoribus.* Theocrit. 18. *Edyll.* v. 45. *Argentea in pyxide humidum unguentum: pro Liquidum.* Unde unguentum pro succo odore accipitur; quod Nosstrates dicunt *Agua de olor,* & secundum species, ex quibus exigitur, vel quibus conficitur, nomen sortitur in pretium. Liqueor scilicet odor ex myrto, ambræ, rosa, citro, albis violis, &c. *Agua de murtæ, ambar, rosada, de azar, de jazmines.* Hoc enim olim dicebatur unguentum & oleum, quod servabatur in pomis, phialis, nimbis, ampullis, vas oris haud paruli, ne odor exhalaretur; quod aliquando dicitur alabastrum: haudquaquam, quia ex alabastrite, quæ excavari æquit in unguentorum usum; sed quia huiusmodi va-

Tom. VIII. Taut.

KK

Plin.

Dalcaemp

Quid stactæ

Buleng.

Duplex pro

superlativo

Plin.

Senec.

Cur oleum

ex olivis

miscebatur

unguentis

Odorei pref-

corum in na-

tura non pe-

riuntur.

Planc:

Isidor.

Quo sensu

quædam illos

dicere & bi-

tere ungen-

tas

Quid valia-

balsamum in

unguentis

sa plerumque vitrea (uti apud nos sunt) aut ex argilla vitreata , in unguenta dicebantur alabastra, uti observat Suidas, verb. *Alabastrum*. Aitruic etiam Epiphan. de *Mensur.* dicens: *Alabastrum unguenti vasculum est vitricum, capiens libram olei; Alabastrum vero dicitur propter fragilitatem.* Aliter Plin. lib. 36. cap. 8. qui subdit: *Lapidem Alabastrum vocant, quem cavant ad vasa unguentaria; quoniam optime servare incorrupta dicitur.* Callimach. d. *Nec unguenti alabastra.* Martial. 11. *Epigr.* 9. *Costi redolent alabastra.* De Cambyse Herodot. lib. 3. n. 7. ait: *Ad Ethiope unguenti alabastrum misit:* quippe ut dicit Plin. quod sup. & lib. 1. 3. cap. 2. *Unguenta optime servantur in alabastris:* id est, in vasis rotundis sine ansa scilicet, quae alabastra dicta. *Data & vasa aurea cum unguentis ad speciem alabastrorum:* subdit de convivio Lucij Veri, Spartian. d. quae etiam dicebantur *Odorum pyxides.*

50. Tandem tandem clarescit nostrum argumentum; ita ut eluceat, unguenta in unctiōnem, nil aliud esse nisi liquores odoros, seu aromata in succo diluta & fluida, in quibus facile usus in asperionem, abluionem & infusionem; maxime in corporis munditiem, faciei nitorem, & amoris obsequium, maximopere ad convivium. *Veteres olim in convivij* (inquit Alapid. in Luc. 7. 38.) *utebantur unguentis: hoc est, aquis, vel liquoribus odoriferis, tum ad lautitiam tum ad fragrantiam.* Refertur a Ioann. 12. 3. Queritur Christus de Pharisaeo dicens: *Oleo caput meum non unxisti: hac autem unguento unxit pedes meos:* quo constat clarius Sole, aquam odoriferam, liquorem aromatizatam in profata munera dici unguentum & oleum. Haccine vera significatione, plura dilucidantur testimonia Scripturae. *Ut exhiberet faciem in oleo:* Psalm. 103. 15. & alia indicata, num. 47. *Matth. 6. 17. Cum ielumas, unge caput tuum, & faciem tuam lava.* Nimirum, aqua lava faciem: imo comprus caput asperge odoriferam; ne ex afflictionis indice cognoscatur ieiunij mortificatione. Non lavari seu ungi sicine signum erat. mœstitudinis, & internæ cordis acerbitaris. *Lugere te simula, & induere veste liguubri, & ne ungaris oleo.* Hispanice: *No te laver.* Sic ob cordolium de se dicit Daniel: *Neque unguento unctus sum.* Econtrâ verò, deposita mœstitudine, de Davide dicitur: *Surrexit de terra, & lotus unctusque est.* Non solum aqua lotus, sed etiam odorâ, ut exhilararet faciem in oleo. Quo sensu, quia abunde liquore rosaceo lotus, dicit Horatius, quod dudum: *Puer totus in rosa.*

51. Siperium iam pervium in obsequium Magdalenz, tam in eius conversione, quam in cœna Bethaniz. De illa (ut recumbente Rege cœlesti, nardus eius vaporaret odorem suavitatis) currente, ubi suus medicus expectans sedebat, ac in salutem optabat; dicitur: *Ut cognovit, attulit alabastrum unguenti: & stans retro secus pedes eius, lacrymis capitis rigare pedes eius, & capillis capitis suis tergebat, & osculabatur pedes eius, & unguento ungebat.* Dum retrò stetit, clavit verecundia: dum capillis pedes terit, reverentia: in osculo illorum, dilectionis studium: in unctiōne odorâ cordis flagrantis obsequium. *Ipsos sibi pedes sacrarum & altare constituit* (ait Paulin. ad Severum, *Epist.* 4.) *in quibus libavit fletu, litavit unguento, sacrificavit affectu.* Sedul. 4. *Carmin.* a v. 70. concinnit:

*Corruit amplectens vestigia, quæque profusa
Inrigat incumbens lacrymis, & crine soluto
Tergere nec cessat, nec sacras lambere plantas;*

De ornamentis idolorum, quæ sepelivit Iacob subter therebinthum, dicunt Rabbinî a Davide exhumata in templi dicata ornatum. Vid. Petrum Comelot. in *Genes.* cap. 83; Sæd crificium transivit in holocaustum; & quæ tota diaboli, tota Christi. Mundus illi idolum, cultus amoris studium. Erravit, sed ut errorem cognovit; dicavit in templo cordis amorî Numinis, quæcumque insignia fervierunt illusioni vanitatis. Dicam ex Claudian. in *Nuptijs Marie,* v. 106.

Plus decuit error.

52. *Unguento ungebat.* Clemens Alex. d. subdit: *Omnino autem multum differt Miralephon, hoc est, unguento esse delibutum; ab eo quod est ungi unguento. Illud enim est effeminatorum; ungi autem unguento, nonnunquam est utile. Videlicet, quod data sint unguenta ad utilitatem, non autem ad suavem sensuum titillationem. In unguentorum enim incitamentis nequaquam ponendum est studium; sed est id, quod est in eis utile, eligendum: cum etiam Deus hominibus oleum nasci permisit. Etiam taxavit Plin. d. cap. 3. *Corruptissimo in genere magis tamen iuvat quædam ipsius vitij severitas:.. linique iam non solum, perfuncti unguentis gaudent.* Luxuria totum; & intemperantiz signum, unguentis imbuti*

Epiphan.

Plin.

Spartian.

Quid unguentum antiquat

Alapid.

Luc. 7. 46.

Oleum pro liquore odor.

Danie. 10. 3.

Horat.

Quæ obsequia in unctiōne Magdalenz factas Paulin.

Sedul.

Claudian. Cle. Alex.

Diferim inter unguentum & unctum Plin.

& illis madesieri; quasi exterius ebrj unguento, & intus vino; de quo passim Plantus; Senec. in *Thyeste,* v. 246. *Pinguis madidus crinis amomo.* Sidon. *Carmin.* 27. v. 9. *Crinem madesaciis amomo.* Claudian. de *Bell. Gildon.* v. 182. *Unguentis madidus ibat.* *Ut vino calefacta Venus, tum se vior ardet Luxuries, mistis ydolent unguenta coronis.*

Excusationem habent femine studentes nitore vultus, cum viros obliviscitur sexus. Poëtam sequebatur, si fecederet ab urbe quingente asina, quarum lacte candorem corporis provocabat. Tantum ergo studium in oris curanda forma. Anonymus in *Sectan.* *Saty.* 2. v. 58. *Ridet Iuvenal. Satyr.* 6. a v. 58. *Pane namque madido & lacte asinino fiebat huiusmodi in nitorem medicamen.*

*Interea fæda aspectu, ridendaque multo
Pane tumes facies, aut pingula Poppeana
Spirat, & binc miseri viscantur labra mariti
Ad mecum tota veniunt cute: quando videri
Vult formosa domi, maculis foliata parantur.
His emittit quicquid graciles huc mittitis Indi.
Tandem aperit vultum, & rectoria prima reponit:
Incipit agnosci, atque illo lacte fovetur;
Propter quod secum comites educit assellas, &c.*

En malè feriataram studia: quæ in viris, sine excusatione amentia; dum illorum capita vacua odoribus non lita, sed delibuta. *Quid quod odore tamquam suo gloriatur? inquit Seneca, Epist.* 86.

53. *Laret, meo iudicio, in geminatione verbi & nominis clarior sententia. Unguento ungebat.* Non ungebat utcumque, sed unguento: id est, pretioso: non liquore odorifero ut sic; sed peregrino, exortico, nobilissimo. Unde Syr. *Aromate ungebat:* succo nimirum ex excellentiore aromatum specie elicitio, uti ex nardo (de quo infra) vel ex diversis felicitigribus, ex quibus summa confectiōnis estimatio, & commendatio. *Hinc nomen nobilitatis:* subdit Plin. cap. 1. *Unguento nobili unctum:* ait Lamprid. in *Heliogab.* Apollon. Rhod. 3. *Argonaut.* v. 830. *Genas unguento nectario abstergebat:* quasi Divorum. Phraem emulatur Claud. in *Nuptijs Marie,* v. 101. *Largos hac nectariis imbres irrigat.* Homer. 6. *Odyss.* 37. *Lot & unctæ splendido oleo.* Plauti in *Casin.* Act. 2. scen. 3. v. 10. *Lepidum unguentum ungor.* Martial. 8. *Epigr.* 28. *Unguenti libram foliati.* Alio nomine *Petalum unguentum,* ut ait Bulenger. d. cap. 27. ex *Dioscor. lib.* 1. cap. 81. Clemens, quod sup. *Fragantissimus odor.* Si inquiris, quid sit unguentum foliatum? Respondet Plin. ibid. *Nardium, sive foliatum.* Facem accensam præbet ad illud Evangelij: *Maria accepit libram unguenti pistici pretiosi, & unxit pedes Iesu.* Si à pretio pretiositas (equidem de illo dicitur: *Poterat unguentum istud vendari plus quam trecentis denarijs:* Marc. 14. 5.) alituid ibid. Plin. cap. 3. *Excedunt quadrigenos denarios libra.* Quid sit Pisticum, premit AA. Bulenger. d. cap. 28. *Pisticum, non adulteratum; sed fideliter factum: nomen à fide reperit.* At ex sacro textu constat. Marc. quod dudum, dicitur: *Alabastrum unguenti nardi spicati pretiosi.* Ioann. ut vidimus: *Libram unguenti pistici pretiosi:* ergo *Pisticum & Spicatum* idem est. Ex nardi spicis & folijs fiebat pretiosum unguentum. In delicijs fvere unguenta spicata & foliata: ait Galen. lib. 12. *Therapeut.* & Bulenger. d. cap. 26. *Spicata unguenta & foliata inter Romanorum delicias, appellatione Latina dici i subdit Cael. Rhodigin. lib.* 2. 7. cap. 26.

54. Elucet genuina verbi & nominis eiusdem significationis in argumento expositio; qua unguenti indicatur pretiositas, atque aromatum nobilitas. Si Magdalena ungebat, unguento sane ungebat: & dum memoratur unctio, additur meditante unguento; non ut explicetur entitas, sed ut ostendatur qualitas. Hoc in sensu etiam Ethnici utantur Plonatinamo. Homer. 18. *Odyss.* v. 178. *Corpus ungere unguento.* Id est, laurè & splendide. Idem per Heterosim, sumpto abstracto pro concreto, lib. 21. v. 180. *Ungentes unctiōne.* Plaut. in *Trucul.* Act. 2. scen. 2. v. 34. *Unguentis uncta.* Lucian. *Dialog.* 60. *Unguento ungar.* Apuleius, *Metam.* ultim. *Uncta Dea unguentis.* Haud aliter pro delicijs accipitur geminatio. Unde Cyrill. Alex. lib. 3. ubi Propheta Evangelicus dicit: *Convivium pinguium;* legit: *Bibent in letitia, unguentur unguento:* hoc est succis valde odoris ac pretiosis unguentur in convivio. Ita intelligendum Magdalenz studium, & dilectionis obsequium: etenim non solum liquore aromatizato unxit pedes Christi; sed unguento nobiliore materij pretij. Exemplum habemus in Scriptura, ubi nomen & genitibum eiusdem nominis

Claudian.

Lac a sinino in nitorem casti.

Iuvenal.

Seneca.

Syr.

Plin. geminatio in unctiōne, pro nobilitate unguentis

Quid unguentum? loann. 12. 3. Bulenger. Nardus pistici & spicati

Galen. Cael. Rhodig.

Geminatio pro adcoerbio.

Heterosim.

Il. 25. 6.

Geminatio genitivi nominis pro perlatio.

Maluend.

apponitur pro superlativo, in summam nobilitatis aromatis. Exod. 30. 25. Unctionis oleum, unguentum compositum opere unguentarij: ut palam fiat unguenti suavitas, unctio- nis nobilitas, aromatum pretiositas, & artificis dexteritas; compilat Maluenda Versiones. Unguentum unguenti, opus unguentarij. Pigmentum pigmenti, conditura conditurae, con- sectio consecrationis, unguentum unguentariae opera.

Periphrasi.

55 Alteretiam interpretari quimus per equivalentiam verbi, ut Ungi intelligamus Ablui, Lini, Tingi, & Medicari. Sedul. uti vidimus num. 51. Fovere sufficit pro Ungere sicut Lucret. 4. de Rer. natur. v. 697. pro unguento opposuit Odorem, per periphrasim. Fluere rebus odores. Homer. 6. Odyll. v. 80. Humidum oleum, ut ungeretur. Apuleius, 4. Florida, inquit: Iam os eius unguineo odore delibutum. Quo notescit per nomina & verba diversa, sed idem significantia, Tautologiam diluit: quod. Unguento perluit pedes: super pedes unguenti alabastrum effudit. Athen. lib. 9. n. 17. Utebantur autem smygmate manus abluentes, ut sordes purgarent; & rebus odoratis manus inungebant. Plin. d. cap. 1. Nove- rant iam succo rose reperto. Unguentum ergo dictum quicquid liquoris haeret: unde epi- taphium Coci, apud Aladid in Ezech. 24. 3.

Athen.

Plin.

Epitaphia

Coci.

Aladid.

Antoni, tibi pro tumulo sint arma culina
Olla, lebes, ligula, trulla, patella, veru.
Ungere non opus est unctum, neque adurere corpus:
Cum satis ad Manes unctus & usus eas.

Quod qualem qualem pinguedinem habet, nec facile labitur a corpore lito: unguentum dicitur: qua voce insignitur ablutio pedum Christi per Magdalenam; quoniam esto succus liquidus, non ita labilis sicut aqueus. Quapropter sensus totius testimonij est: Liquo- rem suavissimum, pretiosum (quod quia ex nardo dicitur Unguentum) effudit in Iesu pedibus, quo illos obluit, & ablutione unxit.

Joan. 12. 3

N. act. 26. 7

Marc. 14. 3

Antilogia.

Magdalene

caput ac pe-

des unxit

Christi.

56 Iam Tautologiae tacta meta, verum non impleta pagina; igitur restat duplex anti- logia. In cena facta Bethania in domo Simonis leprosi; unguentum pretiosum effusum a Magdalena super pedes Iesu (sicut fecerat in conversione) dicit Ioannes loco cit. Mar- thaeus & Marcus dicunt: Mulier habens alabastrum unguenti pretiosi, effudit super caput ipsius recumbentis. Quomodo unguento pedes Iesu lavit, dum super caput effudit? Fa- cilis conciliatio: primo liquorem pretiosum super pedes Iesu absterlos effudit; sed quasi guttatim, cum os angustum, ut vidimus, haberet alabastrum: ac cum totum unguentum super caput effundere cuperet, ut nec paulatim flueret; alabastrum contregit: factio ita- que exitu capaciore, promptius succus odoris exivit; & domus repleta est ex odore un- guenti. Lucan. ut diximus, num. 45.

Lucan.

Apuleius.

Iuvenec.

Joan. 12. 1

Matth. 26.

a. 2.

Antilogia.

Nondum evanuit aura
Cinnamon, ex terna nec perdidit aera terra.
Magdalenam non nisi magna decent. Geniali balsamo guttatim excusso conspergebant plateas: ait Apuleius 11. Metamorph. Magdalene fracto alabastris, succum suavissimum pretiosorem haud effudit guttatim, sed ubertim. Iuvenec. 4. Hispor. Evangel. a. v. 413.

Ecce cubanti
Accedit mulier propius, frangensque alabastrum,
Unguenta (ab summo perfudit vertice Christi) cum
Quo pretiosa inerat late fragrantis olivi.

57 Aliud occurrit dubium & caecum, de tempore praefati obsequij erga Christum. In una domo habitabant, licet distinctis contignationibus, Simon leprosus, Martha & Magdalena, iuncti sanguine, ut Caietano placet; eo quod ibi Martha ministrabat, & de Magdalena dicatur; non quod alabastrum attulerit, sed quod accepit. Iesus ergo illuc pervenit ante sex dies Pasche. Tunc facta unctio praetantissimo obsequio. Longe aliter tempus signatur a Mathaeo. Scitis (dixit discipulis Christus) quia post biduum Pascha fiet. Tunc congregati sunt Principes Sacerdotum & Seniores populi in atrium Principis Sacerdotum, qui dicebatur Caiphas. Cum autem Iesus esset in Bethania in domo Simonis leprosi, accessit ad eum mulier, habens alabastrum unguenti pretiosi, & effudit super caput ipsius recumbentis. Tunc abiit unus de duodecim. Prae oculis offertur antilogia. Quo- modo tunc Iudas abiit ad Principes Sacerdotum, qui congregati ante Pascha biduum; dum unguentum expensum ante sex dies Pascha? Deinde: si hoc in tempore effusio pre- tiosi unguenti super caput Christi; quomodo pertessus unctioem Iscariotes, ante passio- nis biduum, incurrit ad Principes Sacerdotum? Ioannes signat obsequij Magdalene ita- tum diem: Mathaeus Iudae perfidi prodicionis occasionem. Refert hic quod illa fecerat ante

ante quatuor dies; tanque erat biduum ante criticum passionis. Unde optime quadrat; ante sex dies factam unctioem; ex qua ante duos, propendi Magistrum, cogitanti in- venit perfidus opportunatem. Evangelista interposuit (ait Caietan. hic in Matth.) con- memorationem unctiois, prius factae in Bethania; quia occasio fuit movendi animum Iu- dae: modo redit ad seriem facti, dicendo Tunc: non quando haec unctio fuit facta; sed quan- do congregati sunt Sacerdotes & Scribae in atrio Caipha.

58 Huiusmodi stylus in Scriptura non novus: igitur per Enallagen tempus unum usurpat pro alio. Ioann. 6. 14. Hic est verè Propheta, qui venturus est in mundum: id. est, qui venturus erat, Genes. 2. 9. Produxit (pro Produxerat) Dominus Deus de humo omne lignum pulebrum: cap. 21. 1. Visitavit Dominus Saram; pro Visitaverat. Exod. 4. 19. Dixit ergo Dominus (pro Dixerat) in Madian, Vade & revertere in Aegyptum. Dani- el. 3. 49. Angelus autem Domini descendit (descenderat) cum Azaria, & excussit (pro excussit) flammam ignis. Idem Matth. 28. 2. Angelus Domini descendit de caelo, & acce- dens revolvit lapidem; & sedebat super eum. Ubi praeteritum perfectum pro plusquam perfectum. Non secus in conciliationem vicissim quoad speciem adversantium testimo- riorum. Sexto. die ante Pascha effusione nardi piltici, amor claruit Magdalene. Fremuit Iudas, & non alta de causa, nisi quia cum Iesus esset in Bethania in domo Simonis leprosi, accesserat mulier, habens alabastrum unguenti pretiosi, & effuderat super caput ipsius re- cumbentis; tanque biduo ante Pascha, quatriddo post factam unctioem, accessit Iudas ad Principes Sacerdotum, dicens: Quid vultis mihi dare, & ego eum vobis tradam? Grande nefas: inter discipulos nimis perfidiosa improbitas: ut succinit Iuvenec. d. v. 438. Et illis unus scelerato corae volutat.

59 Nihil iam restat, nisi Versiones principis Tautologiae. Confundantur confusione. Hebr. Foceriisque: Pudefient pudefieri. Syr. Suffundentur pudore. Sanctius: Suffusi ru- bore. Maluend. Pudefient pudefieri. Alij. Pudore, reverentia, confusione, & verecundia. Quam consona cuncta, vidimus in Littera. Modo aliquid inferamus ad mores; ne dum praesentes superni iudicis tribunalis, propter cordium pravitatem confundamur confusione.

ADINATION EXEGETICUM.

Epilog. ecurf.

1. Confundantur confusione. Confu- sio ex poena peccati & crimine. Ars amoris Christi est, ut peccatores eius obsequijs convertantur ad cor: igitur ut illi confunderentur crimine; non est confusus in poena peccati.
2. Confusione confundantur. Ubi ambitio- nis perniciosus amor, nequaquam in fronte pudor. Saepe ex honore volatili, ludo fortunae & phantasia, confunduntur ab expectatione: caeterum confusione non sunt confusi; quippequam ubi a vo- tis plus deviant, avidius fatue dignitati- bus aspirant.
3. Confundantur confusione. Numquam vi- fa in susurronum facie: etenim iactaban- di felices habent pro gloria, quod a cunctis repellitur ut probrosa ignomi- nia.
4. Confundantur confusione. Hypocrita confusione non confusi. Erubescere ne- scierunt, vel dum in strophis compre- henduntur: equidem virtutis apparen- tis vanitatem, ostentant illudentes & il- lusi pretiosissimam virtutem.
5. Confundantur confusione. Virtute Mar- tyrum tyranni confusione confusi, victi a victis: quorum tanta virtus in tor- mentis, pro gloria Christi; ut minime confundantur confusione.
6. Confundantur confusione. Ingratitudo confusio rationalium, sed amoris lenoci- nium. Eluxit in peccore Salvatoris, fla- grantis amore, invento ad redamatio- nem hominum lapideo peccore: quan- doquidem & illi non confusi confusione iniquitatis; nec Christus confusus con- fusione ingratitude.

DIDASCALIA PRIMA.

Christi flagella, in conversionem animarum vulnera.

1. UT impiorum compesceretur au- dacia, comnes criminis ingeritur ignominia: verum cum abscedat pudor, ubi dedecoris fugit dolor; sine fronte per- petratur peccatum, quippe etiam propu- diosis erubescere nescierunt. Gloriantur in-

Caiet.

Enalla;

56

Tempus

pro pres-

terio im-

perfecto.

Perfessu

pro puf-

qua per-

fecto.

Iuvenec.

Versionis